

inimicorum, qui contra vos, vestrasque partes sunt, vel fucrint, nos, qui modo sumus, vel qui fuerint adiutorium ad vestram lesionem faciendam prebere debeamus, sed quolibet ingenio infra hoc spatio pacti. Si enim furtum inter partes fuerit, in quadruplum restituantur; si servi, aut ancilae, infra hoc spatium inter partes confugerit, cum omnibus rebus, quas detulerint secum, reddantur, et judex, qui ipsos fugitivos reddiderit, pro unoquoque singulos auri solidos recipiat, sic tamen si amplius requiritur per sacramentum idoneum dominis illorum satisfactum fiat; si vero judex ipsos fugitivos suscepit, et eos reddere negaverit, et exinde alium confugium fecerint, pro unoquoque fugitivo auri solidos septuaginta duo componantur. Et hoc statuimus de fugitivis, de quibus constat ad vos judices, vel loca ipsi fugitivi fugerint; quod si dubium fuerit, et denegaverint, judex vel auctor loci illius, in quo liberi et servi requiruntur tunc prebeat sacramentum duodecim electi, quod ibi nec suscepti fuerint, nec illos habeant, nec in conscientia eorum sit, nec aliquas res eorum secum habuerint. Si autem hoc distulerit facere post primam et secundam contestationem presentia per jussionem judicis sui liceat etiam pignerare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen ut ipsum pignus post pactam (factam?) justitiam in integro reddatur. Et nullatenus liceat alicui per alia loca pignus accipere, nisi ubi fugitivi, aut causa requiritur, aut pigneretur. Et si pigneratio pervenerit, et pignus suum recipiat, si autem infra sex menses proposuerit ipse judex, aut alia persona, qui pignus tulit juditium habere, post transactos illos sex menses in duplum, judex loci illius omni modo ipsa pigneraria reddat. Nam si quis de alio loco pigns tulere presumpserit, aut sine causa tulerit, vel aliquem pignere pignerare presumpserit in duplo, quod tulerit, restituat. Si vero equi vel eque, aut armentum, aut aliqua quadrupedia fuerint ablata, aut semetipsa alienaverit, modis omnibus, parti vestre reddantur. Quod si post primam, et secundam contestationem minime redditum fuerint, tunc perveniant pigneraria de loco, ubi hoc requiritur, usque dum pars parti satisfaciat. Et post satisfactionem ipsa pigneraria reddantur. Et hoc stetit ut si fugitivi, se res redditiae fuerint, et per sacramentum satisfacto adimpta fuerit